

te dextra, scilicet hepar generans hos humores ad-
 ductos & acres, ideo est illa exulceratio facta in
 crure dextro, propter situm membri madantis, &
 symbolum cum hepate. An possit curari? Vbi ma-
 teria est indurata, & facta tãquam lapis, & in loco
 frigido, scilicet iuncturis, difficile resoluitur, & nõ
 bene patitur emollitionem aut resolutionem. Lo-
 cus est frigidus, profundus, materia inobedientif-
 sima, casus nõ facilis: credo tamen quod aliquid
 poterit inchoari. Sed cum quibus? Intentio prin-
 cipalis est, vt resoluatur illa materia in illis parti-
 bus contenta, & alterare membra: & hæc esset ve-
 ra curatio. Sed hoc non potest fieri, nisi alia pri-
 mò fiant. Nam resoluentia magis indurabunt ma-
 teriam extrahendo omne illud quod est tenue &
 humidum: ideo primò erit materia illa humectan-
 da cum calefacientibus, quia cõgelatio facta à fri-
 gido. Resoluentia enim adhibita ante mollificatio-
 nem, magis petrificabunt materiam, & fient dein-
 de tãquam lateres, qui nec à calido, nec à frigido
 resoluuntur. Ergo secunda surgit intetio, scilicet
 mollificatio. Sed hæc duo nõ possunt fieri, nisi ha-
 beamus corpus mundum: nisi enim hoc fiat, plus
 demandabitur ad partẽ læsam, quã resoluamus
 & mollificemus: resoluentia enim plus attrahet,
 & mollificantia plus præparabunt, & ita plus af-
 fluet quã resoluatur. Sunt itaq; quatuor inten-
 tiones in hoc casu, & quod vltimò inuentũ est in
 resolutione, primũ erit in executione. Primò er-
 go exquisitè euacuetur ab vniuerso corpore hu-
 mor maximè peccãs, pituitosus scilicet, quẽ hu-
 morẽ magis timemus. Hoc aut nõ possumus, nisi
 præmissis cõcoquentibus. Queritur, an cõueniat
 syrũ acetosus, & alij cõfecti ex aceto? Videtur e-
 nim quod non, quia acetũ nocet neruis ex dupli-
 ci causa, & quia mordicat, & propter complexio-
 nem suã, quia est frigidũ. Dico quod acetosa illa
 non perueniunt ad locum affectum. Mesue dicit:
 quod syrũ acetosus facit penetrare medicinas ad
 ea loca, ad quã aliã non penetrarent. Et Gale. 3.
 dicit: quod si nerui sunt vulnerati, & in
 profundo, quod tum cum alijs medicamentis ad-
 miscendum sit acetum, quia iuuabit penetrationẽ
 aliorum medicamentorum: & dicit ibi Gal. quod
 acetũ amittit in transitu vires suas acres, antequã
 accedat ad neruos. Dico igitur, si acetum amittit
 vires suas in tã paruo trãsitu, multò magis amit-
 tet vires, si per os sumatur: longa enim est via per
 ventriculũ, hepar, &c. antequã ad neruos perue-
 niat, & sæpe mutatur & alteratur: & ideo possu-
 mus vti aceto in affectionibus neruorũ, & syr. ace-
 tosus optimè conuenit. Et vtinã syrupi nostri es-
 sent magis acetosi q̃ sunt, sunt enim ferè dulces
 plus q̃ acetosi. Cõmiserẽ mel rosa. cũ syr. aceto-
 so, qui cõuenit & vetriculo, & impedit mel ne cor-
 rossionem faciat acetũ, ʒ. j. mellis ros. & ʒ. j. acetosi
 syr. cũ decocto betonicæ & Iuæ, propter neruos.
 Pro euacuatione darẽ agaricum, & medicinas in
 quas ingreditur agaricũ, vt pillulæ cochix, aggre-
 gatiuæ, trahunt enim à iuncturis. Diaphœnicon
 nõ exhiberem, quia nõ est in eo nisi turbit & scã-
 monea, & in eo est nulla vis ad humorem pituito-
 sum: nihil enim operatur turbit, nisi ei addatur

A scãmonea, & tandẽ turbat. Ego aliquãdo volui fa-
 cere periculũ, & exhibui ipsius turbit etiã corre-
 cti cum zinzibere & sine zinzibere ʒ. iij. & etiam
 ʒ. iiij. in varijs corporibus, & nihil eduxit, sed tan-
 tum fecit cõturbationes. Mesue dicit, turbit albi
 gummosi: vbi habebimus hoc nostrum est ficcũ,
 & merum lignũ, & abhorreo ab hoc. Pillulæ ma-
 gis essent conuenientes. Darem agarici præpara-
 ti ʒ. ij. cum casia: item cõfect. hamech. Et purge-
 tur bis, ter, & sæpius, si opus fuerit.

B Quo ad localia, primò est molliendũ, quia ma-
 teria est congelata à frigore, vt suprã dictum est,
 non à calore, ideo potest recipere curam. Si à cali-
 do esset materia indurata & petrificata, nõ posset
 curari. Ergo primò molliatur materia, cũ modera-
 to calore colliquante, & nõ resoluente: quod col-
 liquatum est, oportet moderatè resolvere: & hæc
 per vices applicentur, excedatq; potius mollifica-
 tio ipsam resolutionẽ, quã cõtã: & hæc permi-
 sceantur: magis tamẽ placet mihi quod seorsum

C hæc applicentur, & vincet semper mollificantia:
 nam vitiũ in resolutione est incurabile. Et placet
 mihi quod semper vsus est pinguedine humana,
 quæ moderata est, nõ resoluit, sed mollificat tan-
 tum, & bene factũ est. Primò procederẽ cum mol-
 lificantibus secundi gradus, postea cum mollifi-
 cantibus primi gradus. Myrrha, ammoniacum,
 hyfopus humida, crocus, &c. sunt mollietia in se-
 cundo gradu: & in his sæpe erramus, quia nõ pos-
 sumus metiri quantitatem: & hæc antiquata, effi-
 ciuntur resoluentia, & acquirunt calorẽ: ideo tu-
 tius est vt permaneamus in mollificatibus primi

D gradus, vt est adeps porcinos, oleum chamæmel-
 decoctum althææ, maluæ, liquiritiæ, sem. lini, fœ-
 nugræci. Hæc ferè accedũt ad secundum gradũ.
 Primò fiat decoctũ ex camomilla, malua, althæa,
 liquiritia, & fomentetur locus cum spongia, po-
 stea illiniatur cum oleis istis. Ad penetrationem
 posset apponi modicũ croci, & lana humida mol-
 liri locus per sex dies: postea per unum diem face-
 rem resolutionẽ, vt cum pyrite lapide, quod Gal-
 len. dicit esse magicum quiddam: & sic longè ma-
 ior erit mollificatio quã resolutio. Loco pyritis
 accipiatur lapis molaris. Si vellet tentare balnea
 S. Bartholo. optimè conuenirent. Montagnana
 scribit de quodam Cardinale, qui erat totus con-
 tractus, & quãdiu fuit in hoc balneo, extendebat
 omnia membra, & tandem curatus est. Et nos ha-
 buimus hinc puellam Dalmatam 18. annorũ, quæ
 tota cõtacta fuit, & sanata est perfectè, & iam nu-
 psit viro. In altero crure vtatur primò alteratibus

E locum. Primò fiant abstergentia vlcus ex lapatho
 hordeo, plantagine & balauistijs: decoquerẽ hæc
 in aqua fabrorum ferrariorum, vel alia aqua, & fa-
 cere in lotionem cruris & vlcis: post lotionem
 exiccarem locum, & acciperem postea succum so-
 latri contritum in mortario plumbeo cum pistil-
 lo plumbeo, donec fieret solidior, & facerem lini-
 mentum, & linirem crus. Remota mala tempera-
 tura accederem ad sanandum vlcus, & adhibe-
 rem vnguentum de tutia, quo nihil est præstan-
 tius in materijs audistis.

F M 4

G